

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Nachträge und Berichtigungen zu Bd. 1 - 3. Register zu Bd. 2, 3 und 4,1

Schulte, Aloys

Straßburg, 1898

1314 - 1318

[urn:nbn:de:bsz:31-326727](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326727)

in sepedicta nostra ecclesia vel in curiis claustralibus eorundem, quod capellani seu prebendarii illorum seu quocunque alio nomine nuncupentur, dummodo nobis decano vel ei, qui pro tempore decanus fuerit, obedientiam consuetam fecerint et chorum more solito frequentaverint et clerici fuerint, distributiones ipsas percipiant integre et in totum, postquam redditus quinque^a librarum denariorum Argentinensium certos dicti prebendarii seu capellani ipsi choro assignaverint cum effectu. actum anno domini 1314.¹

M aus Melker Codex fol. 27. Eintrag von gleichzeitiger Hand.

306. Der Edelknecht Heinrich von Schopflheim und seine Brüder verkaufen mit Bewilligung der Erben Heinrichs, der Luticka seiner Tochter, des Ritters Konrad von Schauenburg Wittwe, und deren Kinder das halbe Dorf Wilre an Johann Kleinklobeloch zu Strassburg. Der Ritter Friedrich von Schauenburg als Vormund der Wittve siegelt mit. 1316 October 9 und 19 und 1317 Februar 14.

Aus Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. XXXIX, 115 nach Cop. chart. i. Karlsruher Gen. Land. Arch. Rorbürg Akten.

307. Conradus de Kirckel thesaurarius ecclesie Argentinensis curiam suam claustralem sitam in parrochia ecclesie sancti Andree civitatis Argentinensis, que quondam fuit Heinrichi de Gundolfingen et post eum Eberhardi de Wartstein canonicorum ecclesie Argentinensis,² adoptat eum regula Rüdolfo de Ohsenstein archidiacono et canonico ipsius ecclesie in presentia Heinrichi de Luphen decani, Jo[hannis] de Ohsenstein scolastici, Walrami de Vinstingen canonicorum predictae ecclesie, Conradi gerentis vices dormentarii, Johannis procuratoris capituli ipsius ecclesie et magistri Dielmanni advocati, testium ad hoc vocatorum, dicto Rüdolfo presente et adoptionem a thesaurario recipiente. actum 12 kalendas marcii sub anno domini 1318. 1318 Februar 18.

M aus Melker Codex fol. 51v. Eintrag von gleichzeitiger Hand.

a) quinque auf Rasur.

¹ Für das gleiche Jahr ist folgender Entscheid des Domcapitels in der Papierhandschrift i. Straßb. Bez. Archiv G 3467 von einer Hand aus der Mitte des 14ten Jahrh. vermerkt: Vigilia epiphanye (Januar 5) non dabantur carnes, quia antecessores nostri jejunaverunt, sed modo dantur carnes per mensurnarium, si hec vigilia venerit in diem, qua ipse deberet carnes ministrare, si vigilia non esset. si autem vigilia venerit in diem, qua ministraret communitas, si vigilia non esset, tunc communitas ministrabit. et ita fuit inventum per inquisitionem domini Johannis de Ohsestein archidiaconi et domini Cönradi de Franckenstein canonici ecclesie Argentinensis, quibus commissa fuit inquisitio per capitulum, ita demum per ipsum capitulum diffinitum de cetero observari debere factum et actum anno domini 1314, in vigilia Philippi et Jacobi apostolorum. in quorum vigilia idem est observandum. 1314 April 30.

² Vergl. UB. III, 255 nr. 836.